



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**LEGVM PON||IFICIARVM GRE-||gorij noni, seu
Decretalium pentateu-||chus**

Mesnart, Martin

Parisiis, 1555

xli. De regulis iuris.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63486](#)

De Reg.iuris

20. Quærenti. Censuræ autem ecclesiasticæ vocabulo non solum interdicti, sed & suspensionis, & excommunicationis sententia venito. At catus iudex proximus, & personarum circumstantiis quam magis expedire viderit fert.

14. Quæsiunt. Sic pro consuetudine loci festum Mathie in anno bissextili seruator. quicquid sit tamen θεμα. f. ubique vigilia festo continuator, in qua, nisi dominicus erit dies, iejunium celebrator.

In prin. Et, quia res ecclesiasticas tractamus, hoc ad ditor. Quamuis de inducundis in vngendo infirmo præsbyteris scribtum siet, sacerdos item cum clero vel etiam solus vngere valet.

De regulis iuris. Tit. 41.

Huius tituli capita, quod nihil inter se commune habeant, non transposuimus, sed singula ad singulos titulos reduximus.

Ad tit.de Consue.

1. Omnis res. Per quas cunque causas quodlibet nascitur per easdem dissolutor.

Tit.de præsumpti.

2. Estote. Quæ dubium est, quo animo fiant, ea in melior rem partem accipiuntur. De manifestis autem quæ non possunt bene agier iudicare liceto.

Tit. de hære.

Vtilius scandalum nasci, quam veritas relin- <sup>3. Qui scā
dalifane-
rit.</sup>
qui permittitor.

Tit. de fer.

Quod lege non licet necessitate licitum esto. <sup>4. Quod
non est.</sup>

Tit. de consue.

Quod clam, vi, inlicitè introductum est nulla <sup>5. Quod
latenter.</sup>
stabilitate subsistito.

Tit. de pæn.

In iudiciis à quæstionibus ne occipitor.

<sup>6. Cum in
contempla-
tione.</sup>

Tit. de Raptō.

Quicquid in sacratis deo rebus, personis vè pec- <sup>7. Que
multoties.</sup>
catur, ut sacrilegium existumator.

Tit. de vita & honeste cleri.

Qui quid timore facit, cum non vt debet fa- <sup>8. Qui ex
timore.</sup>
ciat, facere ne dicitor.

Tit. de pænitentia & Remissiō.

Offendens in vno omnium reus esto.

^{9. Defleat.}

012 De reg. iuris

io. *Quam* Si lupus inscio pastore oues deuoratis neexcusator.

tit. desimo.

ii. *Indignum.* Nemo pro spiritualibus homagium, quod volunt facere cogitor.

F I N I S.